

auget mala & magis exacerbat. Quamvis igitur medicamenta utilia sint, attamen permulta & adhuc sū frequenter sumantur, nocumentum quidem, nequaquam vero emolumentum inferunt. Cum enim operatio eorum immoderata sit, usum aequabilem motuum facillime laedit (§. 41.), vel vim eorum quippe multiplex & valde efficax extinguit (§. 40.); ex quibus facile patet quam periculosum sit e mediis aliquid, non vero ex fine judicare (§. 1.), plurima enim media ad finem apta non sunt; cum vanā sint, immoderata, neque sic accomodata ut omne obstaculum facile evertant (§. 47.).

§. 49. Prioribus autem tria adhuc axiomata addens, quae unicuique notissima et vulgatissima sunt, vanitatem frequentium medicamentorum, & detrimentum quod aegrotantibus inferunt demonstrabo: nam omne nimium naturae inimicum est (§. 48.); quod vero illi inimicum, noxium est (§. 46.); quidquid vero compendiose, & paucis perficere licet, id multis facere supervacanteum palam est; quod vero in nostra potestate non est positum, neque ullo modo perfici potest, id nec multis nec frequentibus perficitur: Cum haec dico vera sunt omnibus que nota,